

tamen idem initium non existit satis idoneum, tum quia inter
aeram Ptolemei & incarnationis aeram diuersi æqualisque mo-
tus differentia per præmissum computū longe maior daretur;
quā minorū primorū xv, secundorū xl. Tum etiā quia pro an-
nis domini 1514, perfectis caput cancri nonē spheræ haud parū
dimoueret a sectione parui circuli eclipticæq; decimæ spheræ
orientali. Velut id perspicuū sit ex iam tradita numeratione.
Deniq; mot⁹ trepidatiōis p̄ regis Alfonsi æra ad motū trepidat-
iōis pro æra Ptol, maior esset ratio, q̄ tēporis ad tēpus. Quod
contrariū est primæ subiectiōi p̄posi, xi. Quod autē supposito
trepidatiōis initio, lvi, annis ante nostri saluatoris incarnatio-
nem, ratio motus eiusdem trepidationis pro Alfonsi regis æra
ad eundem motum pro Ptolemei æra maior sit quā sit ad tem-
pus temporis ratio ita fiet perspicuū. Maxima itaq; differentia
æqualis diuersiq; motus octauæ spheræ subiiciatur esse graduū
vi, primorū minorū xlvi. Sitq; huiusmodi circumferentia ecli-
pticæ decimæ spheræ velut in præcedenti figuratiōe segmentū
a b c, atq; diuersitas æqualis diuersiq; motus fixorum siderum
inter Ptolemeum annosq; domini completos 1514, sit segmen-
tum c b i, igit̄ & reliqua circumferentia a i, differentia erit æqua-
lis diuersiq; motus octauæ spheræ seu fixorum siderū ab initio
trepidatiōis nonē spheræ vsq; ad æram Ptolemei. Et quoniā
ex hypothēsi circumferentia a b c, datur graduū vi, & primorū
minorū xlvi, & per propositionem xii, segmentū c b i, datur
graduū vi, primorū minorū xxxiii, secundorū li, igit̄ reliqua
circumferentia a i, necessario dat̄ primorū minorū xii, secun-
dorum ix. Tanta namq; per hypothēsim existit differentia di-
uersi æqualisque motus fixorum siderum ab initio ipsius trepida-
tionis vsq; ad Ptolemei æram, eadem deinde differentia addita
diuersitati apparentis æqualisque motus octauæ spheræ inter Al-
fonsum & Ptolemeum id est per propositionē xii, gradib⁹ vi,
primis minutis vi, secundis xi, fiunt gradus vi, minuta prima
xviii, secunda xx, diuersitas videlicet apparentis æqualisque mo-
tus fixorum siderum ab initio trepidatiōis vsq; ad Alfonsi æ-
ram. Sit itaq; diuersitas hæc segmentū a b k, Connexaq; d k, se-